



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Manuum missio Abbatis Altahens. in duobus agris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

dā, & ad solutionē damnorum persigillū suū huic appensū literē de sua voluntate se obligat & astringit. Huic etiam cōtractui bona fide celebrato interfuerunt, frater *Hermanus Gardianus* frater *Wernberus Lector* minorum fratrum, *Heinr. Graeslmus* ciuis *Ratis*: *Vilbalmus Liebhardus Frid*: de *Osterhouen* & alij quam plures. Placuit etiam partibus præsentem litteram sigillorum magistri *Vlrici* Decani *Ratisp.* Ecclesiæ, & fratris *Heinr.* Custodis fratrum minorum per *Bavvariam* munimine roborari. Acta sunt hæc *Ratisponæ*, anno Domini M. CC. LXXX. nono. V. Idus Decembris.

Manuum missio Abbatis *Altabens.* in duobus agris.

NOs *VVernhardus* Dei gratia Abbas *Inferioris Altab.* omnib. præsens scriptū intuentibus cupimus esse notum, quod habito consilio duos agros, quorū proprietates nos respexit, donauimus & dedimus Ecclesiæ *S. Marg.* liberē & pacifice possidendos, quorū agrorū, vnus est situs in campo villæ *Haerdorf.* secundus in campo villæ *Munichdorf.* & de illo secundo debet fieri memoria *Chunigundis de Mulhaim*, in dicta Ecclesia singulis diebus dominicis & festiuis, nihilominus tamen saluis decimis dictorum agrorum, quæ nostram respiciunt Ecclesiam pleno iure. Datum apud *Altab.* inferius, anno Domini M. CC. nonagesimo sexto. secundo Non. Ianuarij.

De iure patronatus Ecclesiæ in *Wintzer.*

NOs *Leopoldus* Dei gratia Episcopus *Babenberg.* recognoscimus fideliter per hæc scripta, & ad vniuersorum tam præsentium quam futurorum notitiam deducimus per præsentem, quod considerata magnæ deuotionis sinceritate, qua dilectus nobis in Christo, Dns. *Vlr. Ven.* Abbas totusq; Conuentus in *Osterbouen* ordin. *Præmonstr.* Pat. dioc. nobis & nostræ Ecclesiæ *Babenberg.* in temporalibus subiecti, nos & dictam nostram Ecclesiā gratis & acceptis seruitiis & sumptuosis expensis respiciunt reuerenter in condignę retributionis præmium seruitiorum quæ idem Abbas & Conuentus nobis & præfate nostræ Ecclesiæ hætenus exhibuerunt & exhibere poterunt in futuro ac in recompensam expensarū, quas circa nos & nostros versus *Carinthiam*, vel de ipsa terra *Carinthia* per *Bavvariam* transeuntes, fecerunt & faciunt liberaliter & benigne. ac etiam vultus diuini nominis in dicto Monasterio eo amplius augeatur, & vt nostr. prædecessorum ac successorum nostrorum animarum perennis memoria in eodem Monasterio perpetuò peragatur, Ecclesiam parochialem in *Wintzer Pat.* dioc. cuius ius patronatus ad nos & ad nostram ecclesiā dinoscitur legitime pertinere, præfate Monasterio in *Osterbouen* accedente consensu & libera voluntate totius Capituli nostri donamus, & omne ius quod nobis & nostræ Ecclesiæ *Babenberg.* in nominata Ecclesia *Wintzer* competiit vsque modo, in ipsum Monasteriū transferimus per præsentem. Renunciantes ex nunc eidē iuri pro nobis & nostris successoribus liberē & expressē: ita quod Dn. Abbas vel qui pro tempore fuerit, fructus memorata Ecclesiæ *Wintzer* in subsidium præbendarū sui Conuentus prætaxato Monasterio deinceps valeat applicare. In cuius rei testimonium & euentiam pleniorē, sigillum nostrum, ac sigillum dicti nostri Capituli præsentibus fuit appensum. Et nos *Iohannes Henricus* de *Schellenberch* vice Decanus totumque Capitulum Ecclesiæ *Babenberg.* prædictæ confitemur consensum nostrum